

Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 17 : De Asopo

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VIII

Ce document est une version augmentée de :
[Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 16 : \[17\] De Asopo](#)

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VIII

[Mythologie, Paris, 1627 - VIII, 18 : D'Asope](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VIII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VIII, 17 : D'Asope](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia*Francfort, 1581 - VIII, 17 : De Asopo, 1581

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 03/02/2026 sur la plate-forme EMAN :
<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/6036>

Copier

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581

ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 894-896

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Asopos](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Ἰαλόνες ἔστι ἀνδρῶν παρὰ τὸν Ἰαλόνιον Ἰαλόνιον. *Alcyones* gigantes filia fuerunt, *Phthonia*, *Anthe*, *Metheone*, *Alcippa*, *Pallene*, *Drimo*, *Asteria*. Quae post patris interitum *Canastrad*, quod est *Pallenes* promontorium sese in mare praecipitauerunt. *Amphitrite* vero has in aves vertit, & *Alcyones* de patris nomine appellantur.

¶ Haec ea sunt, quae fabulosè de *Halcyonibus* memorantur ab antiquis. Quae dicta sunt de auibus, tãquam de natura auis illarum sunt intelligenda: quia spectant ad illarum cõsuetudinem: quae de diebus *Halcyonijs*, non valde sunt admirabilia: quod per solstitiorum tempus nullę propè fiant aeris mutationes. Omnia enim cùm ad summum peruenerint, languidiota sunt, atq; aliquantulũ cessant: quod patet in sagittis & lapidibus in altum aera coniectis, cùm inde alterius motus capiant initium. Ad deprimendum igitur mortalium arrogantiam dictus est *Ceyx* in eam calamitatem incidisse, cùm tantã felicitatem æquo animo ferre non diutius posset. Nam saepius temerarios & potentes homines ob temeritatem Deus de pristina felicitate deiecit, prudentesq; & mansuetos homines supra ceteros omnes extulit. Hanc igitur fabulam effinxerunt antiqui, ne nimis praesentibus opibus, aut nobilitate, aut viribus, aut forma corporis gloriaremur, cùm omnia nobis data haec mutuo sint à Deo bonorum omnium auctore: atque ut omnes intelligerent, nullã felicitatem esse tantã aut tam firmam, quam Deus, si propter peccata voluerit, non citissimè possit labefactare, & funditus euertere. At nunc de *Asopo* dicamus.

De Asopo.

CAP. XVI.

AT verò *Asopus* amnis, cuius filiam *Aeginam* *Iupiter* rapuit, fuit *Oceani* & *Tethyos* filius, ut sensit *Acusilaus*, alij *Neptuni* & *Perus*, ut ait *Atheniensis Apollodorus* lib. 3. *Bibliothecæ*. At *Nicanor Samius* in lib. 1. de fluminibus, *Iouis* & *Clymenes* filium fuisse dixit. *Sesosthenes* autem lib. 9. rerum Ibericarum *Himeri* & *Cleodices* filium fuisse tradidit. *Paulin Corinthiacis* *Neptuni* & *Ceglusæ* filium fuisse creditũ memorat. *Phanodemus* in rebus Atticis *Salaminis* & cuiusdam *Panopei*. Hunc maior scriptorum pars patria fuisse *Thebanum*, uxoremque duxisse *Metopen* *Ladonis* filiam asserunt, de qua *Pelagumtem*, *Ismenumq;* suscepit, & filias viginti, inter quas fuit *The-*

Thespia, Perœ, Thebe, quæ urbi nomē dedit, & Combe Chalcis cognomento quæ prior æream armaturam inuenit in urbe Eubœæ, quæ ab illa Chalcis vocata est; Salamin, Platæa, Harpinne, Corcyra, Ægina, quæ insulis nomina dederunt, cum altera Scheria, altera OEnone prius diceretur; Ismene, Antiope, Aeroe, Cleone, Nemea, quæ cū Iupiter deperiret, promisit quidquid illa optaret se esse daturum, atq; ea dicitur perpetuam uirginitatē expetiuisse; Tanagra, Sinope, quæ multis urbibus vel ipse vel filij nomina dederunt. nam de Corcyra non modò vocata est prius Scheria, deportata illuc à Neptuno, sed etiam natus Phæax, à quo Phæacia dicta. de Sinope non parua est controuersia, sed tamen pleriq; affirmant illam raptam fuisse ab Apolline, & in Pontum deportatam, è quo Syrum peperit, qui Syriæ nomen dedit, ut ait Philostephanus. At Dionysius in situ orbis à Ioue raptam fuisse Sinopen ita scripsit:

ὅς ποτ' ἀλωμένην Ἀσωπίδα δ' ἔκτο πινύπην
καὶ μετ' ἀκηχμίνην οὐντήρη παρὶνέσας το χώρῃ,
πρὸς ἱφίμοσυν ἦεν. ὃ γὰρ φιλότιτος ἱσραυνῆς
ἰχθυόων, πάτρης ἀπὸ σφοδρῶν καὶ ἰλυσσας.

*Errantem cepit qui Asopida nana, Sinopen,
Quam tristem in regione sua sopiuit, ut illum
Iupiter admonuit correptus amore puella.*

Inuitam idcirco è patrijs hanc ceperat agris.

Alij tamen, inter quos fuit Andro Teius, vnā fuisse ex Amazonibus Sinopen tradiderunt, alij Martis & Parnassæ, alij Martis & Æginæ filiam. Fuit etiam Ægina, quam Iupiter rapuit, Asopi filia. quam cū studiosè quæreret Asopus, neque ipsam inueniret, à Sisypho pacta mercede ut perennē aquam in Acrocorintho pro indicio obtineret, inuenit. Eius indicij pœnas apud inferos luere Sisyphum nonnulli tradiderunt, atque Asopum ipsum, cū Iouem insequeretur, fulmine percussū fuisse, ut ait Callimachus. Posidippus in libro de Dijs & heroibus Thespiam Asopi filiam quoque fuisse scripsit, cui tria munera Apollo concessit, ut ciuitas Bœotix apud montem Heliconem de eius nomine diceretur, ut virgo inter sidera in cœlo esset, & ut vacinaretur. Fuit enim Asopus Thebanorū fluvius, qui suos fontes habuit in Arethyræa, Trachiniamque Solum vocatam prætersuebat, qui cū fulmine ictus fuisset, remissus est in sua fluenta, & diu postea carbones deuohere suevit,

vt ait Apollod. lib. 3. Ab hoc fluuio regio vniuersa in agro Thebano iuxta Cithæronem montem Asopia vocata fuit, vt est apud Strab. lib. 9. Pausanias scripsit in Corinthiacis Asopum omnē in finibus Phliasionum suos ortus habuisse, qui per Sicyoniorum agrum lapsus in mare intrat iuxta Corinthum. Atqui cum multi fuerint Asopi, rationi conuenit & varias regiones, & varios ortus illis fuisse assignatos. At finxerunt antiqui Asopum fuisse hominem, cui actiones istas tribuerunt. Alij hominem fuisse verè crediderunt, qui, quoniam terram fortè excavās Asopi fluuij fontes reperisset, obtinuit vt fluuius de suo nomine diceretur. ¶ Aiunt hunc fuisse Iouis, vel Neptuni, vel Oceani filium, quod ex aere in aqua verso oriantur flumina, vt ait Aristot. in Meteor. vel quod mare principium est omnium fluuiorum. Huius filie multe dicuntur, quæ sunt vel riuus, vel aquarum proprietates, quæ multa nomina sortitæ sunt. Fabulantur illum rapta filia fuisse fulmine percussam cum Iouem insequeretur, quia siccitas cæli & calor iam riuos exiccauerūt, & cum ipse fluuius extenuatus in vapores verteretur, Iouem insequeretur, & ob calorem propè exiccatus fulmine dicitur percussus. Fuit enim maxima siccitas aliquando in agro Thebano & in Ægina, quare locus datus est fabulæ. At nūc de Deucalione dicamus.

De Deucalione.

CAP. XVII.

DEUCA LIONIS diluuium, & aquarum copia, quæ fuerit, nemini obscura est; at cur illud diluuium ita factum sit, pauci omnino tradiderunt, sed nos vt in cæteris consueuimus, hoc etiam explicemus. Fuit Deucalion Promethei filius, vt scripsit lib. 3. Apollonius;

Ἰσθαπρὸμπεύς

ἱαπτιονίδης ἀπαυὶ τῆς αὐτοκλίνας.

hic namque Prometheus

Filius Iapeti clarum edit Deucalionem.

At Homer. libro 5. Iliad. Deucalionem Minos filium fuisse inquit in his:

μῖνος δ' αὖ τῆς αὐτοκλίνας.

Edidit hinc Minos præclarum Deucalionem.

Herodotus verò Promethei & Clymenes filium fuisse scripsit, Hesiod. Promethei & Pandoræ, quod etiam Strabo testatur libro